



RERVM MEDICARVM
NOVAE HISPANIAE
NARDI ANTONII RECCHI

Liber Tertius.
ARBORES DESCRIPTI.

IOANNIS TERENTII LYNCEI PRÆFATIO.

DOCT. QVAM AROMATIBUS, DIOSCORIDIS MORE Author noster
primum locum assignando (ut superius innuimus) procedere
evoluit ; iure merito ad Arbores hic statim descendit, tum quia
in generali illa plantarum, que est in summa genera diuisione,
primas tenent, siue habitum ipsarum solidiorem spectemus, &
præcelsam illarum altitudinem, ut ingentes etiam colosos, &
Egyptiorum altissimos obelicos superent, vel superare contem-
dant, siue perennitatem, & viuendi earum diuturnitatem contemplemur, ut singu-
lari erubet annosa Quercus insigniarum ; tum etiam quia vita, & vieti nostri insi-
gne emolumenntum adferre solent. Quam deliciosis enim fructibus nos recreant,
seu fami escam velimus obijcere, seu deperditam appetentiam velimus allicer? Ne
dicam quicquam de ingentibus illis arborum trahibus, quibus domicilia nobis pa-
ramus, quo tutiores à ferarum incursionibus, & tempestatum inundationibus per-
sistamus, & naues adiscamus, quibus nos nostraque committentes audacissimi ho-
mines, turbulentissimo, & minacissimo oceano fidimus ignotas Terras, ignotaq;
hominum commercia exquirimus. Innumera vero alia lignorum commoda que sup-
pelletili nostre præstant hic tubens prætero. Medicinales itidem utilitates docebunt
ipse historiarum harum progressus.

MVLLA

De

LIBER TERTIUS.

De COPALLI QUAHUITL, seu Arbore Gummifera
Copallifera L. Caput Primum. 1490.

COPALLI QUAHUITL, seu Arbore Gummifera
Copallifera L. Caput Primum. 1490.

R BOR est procera, folijs quer-
nis forma & magnitudine si-
milibus, sed longioribus, fructu
obrotundo purpurascente, sapo-
re Gummi quod stillat ab eadem, id inter-
dum sponte fluit, interdum evocatur scarifi-
cata arbore. appellaturq; peculiariter nomine
(copalli, & si Indis hec dictio quodlibet gum-
mi genus significare solet, quo sit, vt Ar-
bos ipsa dicatur Copal Quahuitl, quasi co-
pallis arbor. liquor hic (vt vniuersitate Euro-
pe innotuit) candidus, & traslucidus est, ac
concreta in formam assularum latiorum, &
si nonnullis arboribus, predictis haud dissi-
milibus, de quibus suo loco dicendum, Xica-
lanu mape Prouincia Michuacanensis fluat
pallidum aureumq; & Animo per quam si-
mile, adeo vt cōgener possit existimari. Pro-
uenie hæc arbos in calidis Quauhnacensi-
bus, & Micuanensis, planis montosiq;. sed humectis locis, verum nonnihil intercidit
discretiñ monstrosam inter & campestrem, tum forma arboris, tum colore ip-
sus liquoris. Gummi tertio ferè ordine calidum est, exiccantis adstringen-
tisq; nonnihil naturæ, facultatis discussoræ, & odoris si in igne proiectatur, adeo
suavis, ut mos fuerit eo Thymianate aut suffumento (quamvis Tecomalli quo-
que eiusdem rei gratia vni sint) solo applicare Deos. eodemq; primos huius orbis
expugnatores, quos Teuhlt idest Deos, rudi illa ac imperita gens vocabant, ex-
cepserint. Capitis dolorem idem gummi, velut ipse Arboris stipes, velut radix, si
ex frigida causa contigerit sufficit leuat, vteri strangulati medetur, & vt vni-
uersim dixerim, morbis omnibus auxiliatur, qui ex frigida humidaq; causa orti
sunt. Cortex stipitum Anethum oler, sapitq; ipsum fluens gummi, & adstrin-
genti, quadam videntur pollere.

NOTE IO. TERENTII LYNCEI.

Inter arbores noui orbis primas adnumeranda sunt merito, Copal dictæ ob insignes
rūs quos præbent tum in medicina tum etiam in suffumentis. similes porro adm-
adum sunt Lentisco Balsamoq; figura & viribus, vnde & resina ex eis ad nos delata
Balsami nomina accepserunt.

*De COPALLI QUAHUITL PATAHAOC, seu Arbore
COPALLI latifolia, Copallifera II. Cap. II.*

VAMVIS Indis mos sit vocare per Antonomasiam *Copal quahuitl*, veluti dictum, eam arborem, quæ præcedenti capite est descripta, & eius gummi *Copalli*, tamen viuensim arborum gummi manantem odorum eodem modo vocant, nostri verò eas solas, quæ candidum fundunt, quæ vero in fulcum colorem inclinantem & quæ Thuri sit quam simillimum Indici Thurius aut *Anime* peregrini plantas. cum verò animus semper fuerit cum distinctione loqui, per multaq. arborum genera, huiusmodi liquorem fundant, quarum aliae congeneres sunt, aliae vero longe inter se differentes, de ijs seorsum agemus. & eius gummi differentia omnes, & si similis circiter facultatis esse reperiuntur, cum suis arboribus erunt nobis percurrentia. Factoq. ab arbore in præcedenti capitulo narrata exordio, de præsenti verba facimus. Hec ergo arbor ob amplitudinem foliorum, quæ cæteras congeneres videtur excedere, ita vocata, mediocri constat magnitudine, in conditaq. folijs serratis, & Rhoi obscuriorum perquam, similibus tum colore squalenti tum etiam magnitudine, & forma, sed pennatis stipitibus, & ramis, gummi candidum exhibit, nec absimile illi quoq. stillat è *Copal quahuitl*, parcus tamen, ac iisdem prædictum viribus. Nascitur regionibus calidis, ac præcipue Quahuanahuacensis, vbi eam arborem passim vidimus nascitentem etiam intra ambitum oppidi, ac curauimus depingendam. possetq. (vt ego quidem coniusto) in Hispaniæ feruentiores agros, non omnino inutili opera per maria deportata transferri.

Rami huius arboris rubent, bacca ipse ex rubidine in flavidinem tendunt, folia alata oriuntur, similiter ac lenticulus non ex *virga rotunda*, sed compressa in latitudinem.



*De COPALLI QUAHUITL, seu
de leptoja Arbore fudente Copalli Copal-
lifera III. Leprofa. Cap. III.*

ARBOR. est *Copal Quahuitl excelsa*, leuis, & quæ facile membranam exterram exuat, unde nomen folijs paruis, oblongis, & rutaceis, sed maioribus, & longioribus fructu acinoso, sed singulatim dependentem. liquorem & hic resinum distillat, *Copalli* colore, & odore similem, sed parum. Nascitur in calidis Texana, Huasteca regionibus montosis, & asperis locis. Calida arbor est, ac secca ordine terrena, odorat, non sine quadam adstringentia, euodemq. liquorem dilatum ex aqua, solis solitudo invenit, & deprehendit, immiscens copalli, atque ita aiunt egregie susterre diarrhoeas.

De COPALLI TOTOPOCENSE Cap. IIII. Copallifera IIII.

ARBOR est magna, folijs Mali Medicæ virore tinctis exsaturato, gummi stilat *Copalli* perfumile, quod in annulis quoque candicantes, atque illis similis cogi solet, in eodemq. recondi usus. Copallifera V. Montana.

*De COPALLI montana, seu TECOPALLI
QUAHUITL, Copallifera V. montana. Cap. V.*

ARBOR est *Tecopallis Quahuitl* medioris magnitudinis, folia Viñedonis, fructum glandibus similem, quandam veluti strobilinum continentem, opertum lубрика & resinosa quadam saliuia, atque in cludentem intra le nucleus candidum, ad multa utilem. Fluit ab hac arbores gummi illud, Thuri antiquorum, odore, sapore, ac viribus adeo simile, vt illi reputem esse congenere, nam & in Philippicis insulis nascitropose audio, quo factum est vt ab Hispanis huius orbis Thus ore pleno vocetur, quamvis a quibusdam *Anime* Indicum dicitur. Prouenit in calidis Papalotipacensisibus. possetq. ad feruentiores Hispaniæ regiones.



48 RERVM MEDICARVM NO. HISP.

giones transferri. calidæ sunt tertio fere ordine, siccaq. & paulisper adstringenti harū, omnes proptermodum huius arboris partes, odorisq. gratissimi. ventriculum eos, cerebrum, vterumq. suffici corroborant. fluxiones coercent, pituitam absument, rigores feltrium arcent, & fount membra perfrigerata, vulneramq. procidentem in suum locum restituunt, arque reponunt, deciduamq. confirmant ac veluti affigunt.

R BOR.

Folia habet et modo quo Fraxinus.

Consular, lector caput primum. Monardis de Copal & Anise.

Copallifera VII. Leptiphylla.

De CUI TLACOPALLI seu Stercore Copallis, Copallifera VI.

Leprosa II. Cap. VI.

ARBOR quam *Cuitalcopallim* idest *Copallis* stercus vocant, a quibusdam *Xoquahuil* quod stipes leproæ infectus videatur nuncupatur, mediocris est magnitudinis, folijs obrotundis, paruis, aciniq. racematis dependentibus, *Oxicanthæ* similibus, valde odoratis, glutinosq. Gummi fert candidum, subodorum, ac valde durum, calida ordine fere tertio, & excante natura conflat. Nascitur calidis regionibus *Yauhtepencensibus* monstrosa saxisq. locis.

Folia situ & figura similia sunt folijs arboris Siliqua Ceratomie.

De TECOPAL QVAHVITL PITZAHVAC seu tenui folio

Copallifera VII. Leptiphylla. Cap. VII.

REPERI dum apud Teotzlanenses describendarum herbarum gratia moram agerem, nec non apud Hoaxtepecenses arborem aliam mediocrem, stillantem lacrymam Thuriæ speciem, in candidum vergentem colorem, sed fusco perfusum, eisdemq. viribus & odore præditam quibus precedens, sed folijs ex utraque ramulorum parte ordine compositis, paruis, minime serratis, & rutaceis paulo maioribus fructu vero paruo, coccineoq. & Piperi rotunda forma non assimili, singulis binis aciniis per interualla ramorum appendentibus. Gummi huius arboris permixtum formicarum & puerorum stercori, aiunt viuis vincia pondere, bis terue epotum, insipientibus citra febrem mederi.

Amplius copallifera L. P. O. Olin.

Copallifera Leptiphylla alia.

foliis

*Copallifera
Leptiphylla alia.*

TECO-

49 RERVM MEDICARVM NO. HISP.

TECOPAL QVAHVITL TEOTZLANI

Copallifera VII. Leptiphylla

QVAHVITL PITZAHVAC

Copallifera Leptiphylla alia.

De XOCOCHOPALLI seu COPALLI

florenti, ab alijs XARAPIZ QVA +

Copallifera VIII. Cap. VIII.

ARBOR est mediocris *Xochicopallis*, folia fundens *Menthæ*, sed profundius ferrata ac stipites impense odores. stillans liquorē fuluum, ac limonum odorem magnopere referentem, generibus *Thuris Indici annumerandum*. nam & arbor ipsa congenitæ est eidem gummī prædictum viribus, verum efficacioribus. nascitur in calidis *Colymæ*, atque etiam *Michuacanensis* regionis. Est & alia Arbor eodem nomine & liquore, sed folijs *Xocoxochitl* quæ apud *Teocalcinenses* prouenit.

Amplius copallifera L. P. O. Olin.

Copallifera Leptiphylla alia.

E De



De MIZQVIXOCHICOPALLI. Copallifera IX. Cap. IX.

MIZQVIXOCHICOPALLIS quam alij *Xochicopal Quauhitl* vocant, arbor est magna, folijs Mali Medicæ, & stipite candicantibus punctis distincta. floribus vero coccineis & modicis. Gummi fundit è fulvo in purpureum vergens, *Anime* vocatum a quibusdam ab alijs vero *Copallis*. maximè habetur ad cetera quibus alia huius generis inserunt præstanta, sed præcipue ad odora-menta, & capitis roborationem. nascitur Copallani, & Colymæ feruentibus locis.

De HOLQVAHVITL, seu Arbore CHILLI. Cap. X.



ARBOR est *Holquahuitl* cuius duo sunt genera. Alterum stipitem profert magnum, leuem, fuluum, & lenta refert medulla, floresq. candicantes, folia maxima, & orbiculosstellatos, rubescentes ex pallido, adhaerentes stipiti, & refertos fructu, Ponticis Nucibus pari, candenti luteaq. obducto membrana, & amari saporis. Alterum vero folia Mali Medicæ, sed tamen maiora, utriusque arboris cortex amarus est. Nascitur genus ultimum apud Michuacanenses, vbi *Tarantquam* vocare con-sueuerunt. Primum vero *Mecatlani*, & *Thuslape*. Cortex calidus est ordine tertio, & paulisper lubricus, cuius decoctius infusum medetur dysenterijs. Fundunt se etiam gummi, ab Indis *Holl* vocatum, primo lacteum, mox luteum, ac tandem nigrum postquam scilicet colligentium corporibus illitum sit. Adeoque undeconque resiliens, ut pilæ palmariæ, aut eius, quæ a vento nomen habet, apud vulgus in sphæricam aptatum figuram præstet vices, & ad multa præterea utile est. Nam vrinam mire euocat, emundat uterum, sterilitatem admotum vulvæ fugiat, menstrua elici si digito madenti succo *Yoloxochitl*, & *Holl*, vulva, & anus confricitur. dyarrheis dysentericisq. opitulatur. deuoratumq. per se aut alijs quæ similibus viribus pollent admixtum, aut si adiectum *Pyyelt*, & conformatum in pillulas, digito in anum quantum fieri possit, inducatur. additum cibis impinguat, & permixtum vermibus; *Axin* vocatis, ingestumq. agilitatem quandam, & ad volubiles corporis motiones promptitudinem ingenere dicitur, & ossa emollire ut facilius homines con-torqueri flectiq. huc, & illuc possint, corpusq. more petaurorum iactare. & vene-



Hoitziloxitl, seu Arbor Balsami Indici. Lib. III. Cap. XI. fol. 51.



L I B E R T E R T I V S .

51

rem vehementer excitat, cholicis confert, sedi admotum trahitq. alui excrementa & dolorem, sitimq. sedat. vstum vero argemata discutit. hoc est gummi illud nobile, quo Indi olim exercere solebant ludum *Bathet*, spectatu mirum, quem cura Cortesij videre aliquot ab hinc annis Hispani. eiusdemq. arboris folia sicea & leuigata, dicuntur leones & alia animalia interficere.

Bathet ludus quid sit, apud Ouetum in historia naturali Indica, suse scriptum inuenies.

De HOITZILOXITL, seu de Arbore Balsami Indici. Balsamifera I. Cap. XI.

Balsamo negro.
a. del Perù. N. Salvinorum.
M. Zopfum.
Porkosa.
Roxle.



VAM arborem Pannucini Chuete vocant, nostri Indici Balsami arborem, Mexicenses *Hoitziloxitl*, seu affluentem resina nuncupare consueuerunt, quia liquorē effundit Syriaco Balsamo similimum, neque odore aut viribus inferiorem. Arbor est Mali Medicæ magnitudine, folijs Amygdali maioribus, tamen obrotundioribus, & magis acuminatis. floribus in extremis ramorum flagellis luteis, initio loculorum oblongorum forma, sed procedente tempore quorumdam veluti foliorum, cæteris longiorum & latiorum, in quorum extremitatis cauitate, semina ipsa clusa continentur, candicantia & in quandam pallorem inclinata, oblonga, & paulisper contorta, seminibus Mali Medicæ similia, aut verius his, quæ Hiatini vocant *Manies*, ac saccharo, veluti strobilinos nostri incrusterare solent. Inciso ergo quoquis anni tempore huius arboris cortice stipiteve, sed præcise

pud exactis iam atque desinentibus imbris, liquor illè nobilis, toto orbe celeber, nec dum satis laudatus stillat, quem Balsamum appellant, è fulvo in nigrum inclinas colorem, sapore acri, paulisper amaro, odore vehementi, sed tamen gratissimo. Regionibus prouenit calidis, qualis est Pannucita, vnde impositum est nomen, & ad Hoaxtepecenses hortos à Regibus Mexicanis, delitiarum & magnificentiarum gratia, translata, vbi eam rursus vidimus editis ac montosis locis. et si ad campestria hominum cura & diligentia descenderit, cultaque. & Hortensia veluti coacta amet. Vnde sperare aliquis posset loca Hispaniarum calidiora minime fugituram. Sunt alij liquores, simplices atque composti, quos eodem nomine Hispani qui ad has regiones penetrare appellant, de quibus inferior dicens. Extrahitur idem liquor decoctis etiā surculis minutatim incisis ex aqua & vitro excepto innatante liquore, sed viribus inferior. Liquor ergo quoquis modo extractus quarto fere ordine calidus est ac siccus, subtilium paruum non sine quadam ad-

frictione, & corroboratione, ac innumeris morborum generibus propellendis, atque sanandis vtilis. nam tres quatuor guttae matutino tempore ante cibos linet, &c, ventriculum a frigida causa imbecillem confirmant, vrinam & renum vesicamq. excrementa euocant, pelluntq. e corpore. aperiunt obstructa, ac medentur respirationis difficultati, ventriculi & alii dolores sedant. commandant colorrem, ac iuuenilem vigorem diutius conseruant, & tueruntur. quin liquor ille in pessulos efformatus, ac obditus vulva, secundas emortuosq. infantes trahit, parvum accelerat, & sterilitatem a frigidis humidisq. ortam humoribus profligat. dolores ab eisdem causis enatos vbiicumque contingant, extrinsecus illitus fedat. flatus & tumores praefer naturam discutit, cerebrum corroborat, neruorum origini impositus auxiliatur, patalysi & corum gelidis omnibus medetur morbis. Cholicis, Ilicisq. & articulorum doloribus nire est vtilis, quin vulnera recentia conglutinat, & sanat inueterata, ac diuturnarum febrium repetentia frigora, ceruiciq. dorsoq. illitus pellit. Idem praestat ab ipso semine expressum oleum, mihi tamen, benignius, ac mollius, quamvis acre quoque sit, gratissimi odoris gustuq. & odorum, & suave, ac terro calorificum ordine, quod nos omnium primi curauimus pralo extorquendum. est autem oleo quod ab Amygdalis amaris, aut nucleis persicorum exprimitur, odore atque sapore simile, sed odoratius, vehementius, & acrimoniam longe maioris.

Flos Balsami admodum pallet, & Digitali aliquo modo est similis. eamdem arbo-rem descripsit etiam Monardes cap. 9. sub finem. cinq. dupl. tribuit corticem, vnum crassum. Suberis modo, alterum vero tenuum. fructum ait Ciceris, aut Pisii grano ma-iorem non esse, inclusum in extrema siliqua, angusta, digitum longa, alba, tenuitate re-gali simplicis, quam etiam siliquam eleganter noster Autor, sed maiorem in pictura exhibuit. Quod vero Balsamum a Monarde primo loco describitur, force est illud quod sequente 13. cap. exponitur, cum eundem excoquendi modum vitrobie inueniamus, ita folium Vrince cum folio mucronis hastarum non adeo dissidet.

Carolus Clusius lib. 2. exot. cap. 29. describit huius Balsami fructum, siliquam nem-pe stadiaceam, cum duobus nucleus inclusis. Monardes autem, forte siliquam nondum adulatim descripsit. Ego vero puto fructum illum Clusianum potius ex arbore, quam exocane Pecunie.

D. Henrico Corruino, Batano, Pharmacopeo Romano, exoticorum diligentissimo scriptatori, missus sicut nomine Mamcy.

De Arbore HVACONEX ex qua paratur vocatum ab indigenis Balsamum.

Balsamifera II. Cap. XII.

ARBOR est medicus altitudinis, & crafstidine femoris, firma materia, & quæ terra defossa diutius duret incorupta, odore , luteisq. folijs denarij plus minus amplitudine. flore paruo & candicati, fructu baccis Lauri simili. Cor- tice huius arboris cōfracto minutim, & quadratuo macerato ex aqua, ad demum insolato & expresso , liquor extorquetur Balsami præstans vires; ad multa utilis, quique intra mensis vnius spacium peragatur . contrahitur etiam ex folijs stillatiuſ liquor , odore perquam iucundus, & multis per sanandis affectionibus aptissi- mus.

⁵⁵ mus. quin surculi ipsi extergunt roborantq. dentes. ex quibus, vt hoc quoque obiter dicatur, Indi olim sagittis mucrones addere consueverunt.

*De Balsami frutice quem indigena Hispani MARI PENDAM vocant
Balsamifera III. Cap. XIII.*

ET S I planta hæc frutex sit, inter arbores tamen, ob similitudinem ac congnationem quam cum arboribus lacrymam ferentibus, præsertim eam, quam habet eius liquor cum vocato Balsamo, reponere visum fuit. Est ergo Maripenda frutex, stipites ferens viginti fere dodrantum altitudinem habentes, ramosq. fuscos, ac folia hastarum mucronibus paria, crassa lataq. sed superna parte virentiora, & sparsim purpurascens in rubeo, & appensa pediculis in coccineum colorem inclinantibus, fructu racematis dependente, & octo pene vincias longo, concinnato acinis vuarum fere similibus, sed tamen rarioribus, initio virentibus, deinde rubescientibus, & tandem in purpureo nigrantibus. Vtuntur Æthiopes folijs eius fistularum loco, ad hauriendum fumum herbæ vocatæ a Mexicanis Yelt, quem alijs per arundinum canales mosest haurire, paratis in folijs conuolutis quibusdam tubulis. Arte vero extorquendi liquoris modus hic est. teneros eius plantæ caulinulos, turionefue, & interdum acinos minutim diffecant, coquuntq. in aqua, donec in defruti densentur crassitudinem, atque ita finunt confidere. Curat hic liquor mire vulnera, etiam alias insanabilita. & recentium fluentem quoque sanguinem fissit. Sunt qui ex præfatis germinibus aquam stillatiā extorquent, quam aiunt, ardenti seu Vitæ vocata aqua, esse ad quævis præstantiorem, ac præcipue vulneribus curandis, & dolorem ventris a frigore ortum compescendum, complurimasq. affectiones pellendas a prædicta caufa orzum dantes, multorum testimonio affirmatum scimus.

De Balsamo Provincie Tolu Balsamifera IV.

AUDIO in Provincia Tolu, cunctibus ab urbe quam vocant Nomen Dei in Indicam Carthaginem, occurrere arbores mediocris magnitudinis, Pinum generibus haud assimiles, folijs siliquez toto virientibus anno, cultis in locis prouenientes, cortice tenui, ac tenero velutae, qua^e liquorem Balsamum vocatum incisa effundant, ad omnia quibus conferre solet Balsamum Indicum a nobis supra descriptum, eque utile aut praestans.

Videsur Auctor innuerit ea, que de hoc Balsamo late scriptis Monardes cap. 10. quem videre letor poteris, nam illud mirificis excollit laudibus.

De MOLLE Lentisco Peruana. Cap. XV.



A Peruina vocata regione ad hanc nōam Hispaniam, imo ad Hispanias nostras, planta quam Molle vocant, iamdiu aduentā est, atque translata. Arbor procula est, visu pulchra, & ornandis domorum compluuijs, locisq; publicis, ac foris aptissima comata, in latum pandens vndequeaque ramos, qui ē viridi colore tendunt in purpureum, vbi folia Olea profert, sed longe angustiora, & tenuiora, & quodammodo dentata, ordine virimque disposita, & oblique versus ramos extre mos procedentia. Flores exiles, albos, racematis dependentes, qui mox in fructū vi rentem, Oxiacanthæ semini patem, aut paulo maiorem, alit. & cum maturuerit, in colorem ex albo rubescēt, dulciq; carne prædictū, cum quadam acrimonia, & amaritudine, membranulaq; prædicti coloris contingit, cui nucleus durus inest. Folia ac fructus Lentiscum eiusq; lacrymam olen̄ resipiuntq; sed permixtū Fœniculo, vnde fortasse, aliquis in Lentisci referat species, ni malit esse plantam sui generis, folia & fructus vi rent toto anno, alijs fubnascētibus, alijs adolescentibus, & alijs maturescētibus. Sylueltris arbos est, neque vīlis lenocinj, aut cura vt proueniat opus habet; quamq; in delicijs iamdiu haberi coepit, cultumq; & indulgentiam libenter admittat. Proutque, seu semine, ramo, aut viu radice seratur. sed in calidis regionibus assurgit, laetusq; viuit. Stillat ab hac arbore lacryma, quæ velut folia vniuersaq; planta, Fœniculi & Lentisci odorem habet, saporem vero acrem, sub dulcēm, & cum quadam amaritudine adstringēt, calidaq; & sicca ordine fore tertio constat natura. Nucleus ventriculum corroborat, calefacitq; ventrem adstringit (& vt quidam aiunt) Therebinthi vicem præstat. semen vero Cardamomi, vrinam elicit, fatus dissipat, & membra corroborat. corpora nimis fluxa & humecta exiccat, folia lotionibus addita, Oedemata dissoluunt, ore comminans gingivias dentesq; confirmant, & ulceribus oris medentur. Fructus, seu intus assumpti, siue exterius admoti, quemadmodum & lacryma, luculentius prædicta omnia præstant. In Villa Madritij Prouincia Carpenteriaræ Hispaniae, tres vidi mus huius planta tenellas arbūsculas, caudicem femoris crastitudine habentes, cortice subcinereo coniectum, Fraxini humilioris, Orni Omelæq; vulgo dictæ, magnitudine, ramulos vndequeaque in latu pandentes, ijsdem ornatos folijs, constantibus ex pluribus ad vnum pediculum cohærentibus, multo tamen minoribus, ex viridi nigricantibus, ferratis, sub extremum angustioribus. que ab arboribus

boribus decerpta, lacteo succo, lento ac viuido odoroq; scatabant. flores exiles albos, racematiq; dispositos habentes, fructus vndique Indicę prædicta Molle similes. pari modo fructus & folia toto anno virent, ac vires, & vīs, omnino sunt pares.

Hec etiam arbor species est Lentiscum figura tum viribus, cuius primam fecit mentionem Clusius. Adolevit Rome in horo Excellentissimi Marij Columnæ Zagoroli Duci in magnam arborem, cuius folia initio serrata sunt. arbore vero adolescenti, omnes incisives percutunt, vt etiam annotauit subtilissimus rerum naturalium indagator, D. Fabius Columna Lynceus, in opere suo de rarioribus quibusdam Apulia plantis.

ARBOR est Tecomahaca magna, folia ferens obrotunda, mediocris & terata, ac fructum in postremis ramotum flagellis paruum, obrotundum, fuluum, ac retortum semine, nucleo Persici haud absimili. Nascitur apud Mistecas, necnon Tangiteri regionis Michuacanensis. possetq; in provincias nostri orbis paulo calidores, mediocris negocio transfrui. Aceris planta est, & odorata, cum quadam adstringēt, calidaq; & sicca ordine tertio. Fluit ab hac arbore scarificata aut incisa, & interdum etiam sponte sua, lacryma nulli sere ignota, eadem prædicta temperie & viribus, quam plerique loco Myrra substituant. dolores a flatuoso spiritu, frigidae causa ortos sedans, fatus ipsos discutiens, lentos humores dissoluens, ac frigidam intemperiem corrigens, implasti modo adhibita, vtero amica ita, vt prunis inicta, & naribus admota, mulieres hystericas illicio liberet. Vmbilico apposita, mens sifit, & vterum suo loco retinet, distillationes, temporibus, aut post annos adhibita, sifit. dolores dentium sedat, causisue dentibus indita, ipsos a corruptione liberat. neruorum vulneribus opitulatur, coxendici, ac arthritidi a frigida causa genitis opem præstat. cerebrum, neruos, ac ventriculum apposita roborat. magni. est ad omnes affectus a frigida causa ortos vīs.

Describitur a Monarde, Tecomahaca cap. 2. Vīsus eius apud Europeos permagnus est, ob odoris fragrantiam, prefertim ad catarrbos maturandos, & ad dolores cholicos, fatusq; discutendos.

*De TLAHVELILOCA, QVAHVITL, id est arbore insanie,
CARAGNA nuncupata. Cap. XVI. inq. estimat
etiam quod ab ea fluit, Caragnam quoque vocare audio, eisdem ferè viribus,
quibus Tecomahaca præditam, sed vehementioribus, ita ut affectus quos Te-*

*magna, fuluos stipites fundens, leues, nitidos, & odoros, folia oleaginea
in Crucis forma composita, orbicularia. Odora arbor est, gultu acris, & non
nihil adstringens. Nascitur apud Michuacanenses, & Mexicanam inferiorem,
Gummi quod ab ea fluit, Caragnam quoque vocare audio, eisdem ferè viribus,
quibus Tecomahaca præditam, sed vehementioribus, ita ut affectus quos Te-
comahaca curare nequit, Caragna pellat. puluis ipsius stipitis deuoratus, mirè
ventriculum & cor timent, flatus discutit, frigidam emendarat intemperiem, &
veterinos curat affectus. Fama est apud indigenas Cacodæmones hanc arborē
pertimelere ac fugere, & fascinō aduerſari. corticem vero ex aqua illitum con-
terre cordi, deuoratum vero lacabat pectori simul & cordi ferre suppetias.*

Resina huius r̄sum etiam indicant Monardes. cap. 3.

*De XOCHIOCOTZO, QVAHVITL, seu Arbore Liqui-
dambari Indici. Cap. XVIII.*

*ARBOR est Xochiocotzo Quahuitl magna,
Aceris ferè folijs, in tres cuspides, duosq.
finis diuisis, altera parte albicantibus, altera
verò obscuritoribus, ferratisq.. Cortex stipitis
partim fuluis, partim virens est. Prouenit
campeltribus, calidisq. locis, & interdum
etiam temperatis, velut Hoeyacocotla Quahue-
binaci, & Xicotepci. Calida siccacq. natura con-
stat, & odore iucundo. Inciso arboris huius
cortice, Indicum fluit vocatum Liquidam-
barum ab indigenis Hispanis, a Mexicanis
Xochiocotzol, suauitate odoris Steyraci per-
simile: calenti ordine tertio natura, siccantiq.
quod additum Tabacis, caput, ventriculum,
& cor firmat, somnum inducit, & capitis de-
lorem a frigida cauſa ortuū lenit, per se ve-
rò humores discutit, sedat dolores, ac impe-
tiginibus oute digitis conuulſa medetur. ful-
lat ab eadem arbore, aut sponte sua aut inci-
fa, oleum hanc cedens prædicto liquori, aut
odoris iucunditate, aut medicis viribus, & si
aliqui dicant, oleum stillare ex primo liquore, loco congruo posito, aut expre-
ſo, ut tenuior eius pars stillare possit, dicantq. esse calidum, & humidum, minus
tamen recte. Discutit utrumque flatum, ac præter naturam tumores dissipat,
coctio-*

*Liquidambar.
Liquidambar. Sterculia.
Balsamum Nobile.*

*aliqui dicant, oleum stillare ex primo liquore, loco congruo posito, aut expre-
ſo, ut tenuior eius pars stillare possit, dicantq. esse calidum, & humidum, minus
tamen recte. Discutit utrumque flatum, ac præter naturam tumores dissipat,
coctio-*

coctionem procurat, ventriculum roborat, veterinis affectibus confert, & alia his
similia præstat iuumenta, seu per se, seu alijs medicamentis permixtum. Sunt
qui elixis ex aqua stipitibus, id odoramenti parant genus. fed vilius ita est, ac
minus ad prædicta præsidia expetibile, & nisi ad viiores quoddam usus com-
modum.

*Fructus huius arboris rotundus est, sed inſtar Polygoni habens multas superficies
migras, angulos vero lutes. r̄sum huius liquoris admodum copioſe descripsit Mo-
narda cap. 8.*

*De TZTAC QVAVHXIOTL, seu QVAVHXIOTL alba
Galiopifera. Cap. XI.*

*ZTZAC QVAVHXIOTL
Galiopifera.*

*ZTZAC QVAVHXIOTL
Galiopifera.*



*ZTZAC Quaubxiotl, quam alij Quaubxiotl vocant, arbor est mediocris,
folijs obrotundis, & stipitibus, atque pediculis rubentibus. Gummi stil-
lat candidum, acris saporis. Prouenit in calidis Texocani, gummi tertio ordine
calidum esse videtur, quod alutam fluentem cohíber deuorarum ex aqua
serupuli vnius mensura. dysenterijs mirum in modum opitulatur. quin-
dolores illitum sedat, ac discutit præter naturam tumores. aquam, in qua-
infunditur, lacteo tingit colore. et & aliud genus eisdem predictum viribus,
formaq. vocatum Tlalahuic Quaubxiotl, sed gummi manans rubescens, ut no-*